Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

audire si liceat semper uolo. Sed die alio hisdem senex
rem de illo magis adhuc mirabi
lem narrauit dicens. In eadem tu
dertina urbe marcellus quidam
bone actionis uir. cum duabus so
roribus suis habitabat. qui eueniente
molestia corporis. ipso sacratissimo
uespere crescente iam sabbato paschali
defunctus est. Cuius corpus cum longius
esset efferendum. die eodem sepeliri non po
tuit. Cumque mora esset temporis ad ex
plendum debitum sepulture. sorores eius
morte illius afflicte. cucurrerunt flentes
ad uenerabilem fortunatum. eique mag
nis uocibus clamare ceperunt. Scimus
quia apostolorum uitam tenes. leprosos mun
das. cecos inluminas. ueni et resuscita
mortuum nostrum. Qui mox ut earum
fratrem cognouit defunctum. flere etiam
ipse de morte illius cepit. eisque respon
dit dicens. Recedite. et haec dicere